

cula, si opus sit, & cōmode fieri poterit, ser
uari studeant, iuxta formam, à sancta Syno
do in Catechesi singulis Sacramentis præs
cribendam: quam Episcopi in vulgarem lin
guam fideliter verti, atque à Parochis omni
bus populo exponi curabunt, nec non ut in
ter Missarum sollemnia, aut diuinorum cele
brationem sacra eloquia, & salutis monita ea
dem vernacula lingua singulis diebus festis
vel sollemnibus explanent: eademq; in om
nium cordibus, postpositis inutilibus quæ
stionibus inserere, atque eos in lege Domini
ni erudire studeant. Hæc ibi. Quæ omnia
considerari & perpendi debent, & maxime
verbum illud eadem vernacula lingua, sin
gulis diebus festis, ut videant Ministri ne
gligentes otio, & somno dediti, qualiter su
exequuntur officium, stri&am reddituri ratio
nem coram equissimo iudice de quibus sibi
non tantum commissis, sed [quod dolendum
est] procuratis, & cōquisitis. Soto etiam de
iusti, lib. 10. q. 1. art. 3. dicit q̄ docere Arti
culos fidei, & Decalogum, & Orationē Do
minicam debent Parochi, quia hæc debent
scire omnes Christiani, & hæc docere est of
ficij Curati, Episcopi autem altiora. Et si isti

Ec

Cura